



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Omissio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

obtinere: ac si quis his presentibus contravenisse quocummodo dici, aut censei potuerit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis bonorum, degradationis, & amissionis tam privilegij doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum tam secularium quam Ecclesiasticorum, ac denum ultimi supplicij poenam irremissibiliter incurrere volumus. & infra. Et quod ubicumque & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri persona pro officiis, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi habuerit, obtinuerit, se a promissis attentu interpositione persona huiusmodi nullatenus excusare queat. Quinimod nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure presumetur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum qui officia & dignitates & similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea poenis subiacere omnino intelligatur. cap. 25. nu. 7.

O L E V M sanctum. vide Chrisma.

O M I S S I O vt mala fit, requiritur quod homo possit facere, & teneatur, & non faciat. Præl. 6. nu. 4. Præl. 7. nu. 13. & in hoc ponuntur aliqua exempla.

O P E R A bona facta in peccato ad multa